Mauritio Fr.
Constus Huygens.
S. salubirrimam
D.

Binas tuas uno eodemq momento, imo et tabellario accepi; quarum alterā horribili characterismo grauidam conspiciens attonitus fui magis quam obstupui. Nec tamen inficior nonnihil sollicitasse me exiguam tabellarij moram, cùm ille allatis sub vesperam literis discessurū sese postridie nunciaret. Itaq ne vel expectationi totius, ut ais, Hagae, vel existimationi meae deesse viderer, sepositis caeteris curis animum illicò ad meditandum appuli, cùm, conuocatis in concilium Genijs ac Dæmoniunculis familiarioribus, sine quibus, ut scis, non subsistunt hæc sacra mystica, plus minus horulâ perfeci quicquid istud est negotij, quod ijs aestimandum do quos timere tantæ rei insuevisse hæc fines mopes. Perspicaciores viderint quid innuat libelli ineptè subtilis autor, quem ego non Midæ Patrem, cuius in vehiculo Gordium nodum offendisse Alexander fertur, sed ipsum Midam Midatissimū fuisse judico. Gallus denique an Belga nihil moueor

29.

Quam nugax iste Characteristicus est, qui quasi Italus professurus Hovvertissimento (imò, Adaeltissimeto) dixit pro Italico Avvertimento. Dij boni! Deinde quid hoc? Son exc.te est presq mort. Conjicio [presques] voluisse ...

A Monsieur

Monsr. Maurice Huygens

A

La Haye.

ge + Voorgont.[2]

Port.

© Koninklijke Bibliotheek
KA 44, nr. 29
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/22